



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Svmmarivm Homiliæ Decimæseptimæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

## S V M M A R I V M

## HOMILIE DECIMÆSEPTIMÆ SEQVENTIS.

**R**OPONIT Christus hoc in Euangelio Iudæis, sub nomine perfidorum agricolarum, quam in eum commiserant, malitiam, dum in pleno concilio mortis innoxium condemnant, pariter poenam prædicit tanto scelere condignam: nos autem per eos præmonet quæ nos pro nostris maneat poena sceleribus. *a.* Tribus distinguitur articulis. Primus, Dei declarat bonitatem. Secundus, rebellem notat malitiam Iudæorum, & superuenturum eis indicat supplicium. Tertius, demonstrat quod in illis ab illo præmonemur. Quoad primum, Dei proponit bonitatem; Primo: in plantando vineam, quæ pro fructibus spinas esset tribulofque productura, *b.* miranda quoque figura dicitur palmet Christianus, *c.* Secundo: dum eam lege sua circumcingit, *d.* Tertio: dum illi cuncta procurat necessaria. *e.* Quod ad secundum spectat; exponit qua ratione Prælati censentur & agricolæ & procuratores; qui fructus deberent referre, *f.* temporibus suis. *g.* Reliquit illos Dominus liberos, *h.* illi verò adeo fuere non grati, ut durius famulos exceperint, qui fructum venerant exædari, quinimo & Domini filium occiderint, ob quod facinus eos male perdidit. *i.* Si tertium consideremus, concludit, quod si Iudæi sicut agricolæ malè vapularint, nos cum Iudæis nouerimus esse puniendos, si cum illis eiusdem criminis esse rei conuincamur. *k.*

*l.* §. 16. 17  
18. 19. 20  
21.

- §. 1. Siquidem Iudæi hanc Christum proposuit parabolam, nobis tamen loquitur, velut Dauid in morte Saulis.
- §. 2. Iudæos Christus in propria causa iudicis eligit, quos suo capite hano velut Behemoth.
- §. 3. Velut vrsi, qui rationis parabola vi conclusi ac conuicti, contra seipos rulare sententiam; in Christum insurrexerunt, eum necem machinati.
- §. 4. Homo erat. Plantauit Deus vineam, quam fructum amarum datam sciebat: quia Pater est.
- §. 5. Plantauit vineam. Dicitur palmet esse Christianus, qui nisi fructum ferat, soli conuenit igni.
- §. 6. Ferro tenetur fructum Christianus cum velut palmet pueri & colatur.
- §. 7. Plantati sumus in Ecclesia, sicut palmetes, ex libera, meraque Dei bonitate, quod
- indicat oleum Iacob.
- §. 8. Hoc summi beneficii loco posito, plantatum te in hac vinea, ne tibi succedas, quod Adamo ingratisque, philosophi accidisse nouimus.
- §. 9. Sepem circumdedit ei. Sepes est lex Dei, quæ sic cadat, intrant fera, & vineam demoluntur.
- §. 10. Ob destructam sepem, destruitur Sicheem, & ob eandem in domo sua à Iacob erectam, & ipse quoque conseruatur, hoc quoque postulat Dauid, dum legem Dei vult custodiri nimis.
- §. 11. Fodit in ea torcular. Tam abundanter prouidit Deus vinea sue, ut ei dicere liceat: Non plus ultra.
- §. 12. Sepem circumdedit. Indicat quoque sepes diuina beneficia, & diabolus esse censetur, qui illa septus, offendit Deum.
- §. 13. Locauit agricolis. Sunt Prælati agricolæ,



- gricole, & quisque in se, simul & palmer est & agricola.
- §. 14. Domini est vinea, procurator homo, qui qui fructum adferre tenetur, non Domino, sed sibi ipsi.
- §. 15. Fructus temporibus suis. Ab omnibus non pares repetit Deus fructus, ut ex daci-mu declarat, & illos nostro reposcit tempore.
- §. 16. Peregre profectus, est. No. liberos permittit Deo, & suum recipiendi fructus ostendit desiderium in eo quod agit.
- §. 17. Misit alios. Magnam suam Deus ostendit misericordiam, qui tot mittat simul, ac tandem unicum filium.
- §. 18. Malos male perdet. Christianus non

- referens fructum multum punietur grauius quam ipsa fructuosa, & Rex Balthasar.
- §. 19. Si Iudaei ob non reddidos fructus vinea expellantur, quid timendam Christianos, qui ne fructum quidem offerunt vniuersi Pharisaei.
- §. 20. Sicut timere Iudaei videntes ciechos ad litus maris Aegyptios, timeat quoque Christianus, dum Iudaeos cernit per omnes dispersos esse nationes.
- §. 21. Chananaei, quia peccatores, eiecit Deus, & Iudaeos substituit, hos ut ingratos exturbauit, & Christianos subrogauit; quod si hi peccatores, quid cum illis agendum?

# HOMILIA XVII.

## DE PARABOLA VINEAE.

Tertio die Veneris Quadragesimae.

*Homo erat Paterfamilias qui plantauit vineam & septem circumdedit ei. See. Matth. 21*

**H**oc D. Matthaei historiographi euangelium illud est, quo Christus summis sacerdotibus, ac synagoga principibus longissima parabola processum exprimit ad eum fulmineum, apteque concinnatum, ut illi ipsi huius argumentis conuicti euidentissimis supremam, tristemque in seipos ferat perditionis mortisque sententiam. In magnam Dei Domini nostri cessit infestationem id quod prioribus egerat temporibus: sic notat Abbas Rupert. dum enim mortis decretum in matrem proloqui determinat, totam huius causam iudicio committit censuraeque filiorum, quos iudices sibi adsciscit inrefragabiles: *Iudicate vos matrem vestram, iudicate vos.* Semel ac bis idem repetit pronomen Vos: ut more nostro loquamur. Te ipsum statuo, te ipsum suauo in hac causa iudicem. Quid hoc rei Domine, num arbitros in causa matris eligis filios? Ex iure parentes iudices laborant suspitione, nec leges permittunt: in causa fratris fratrem elegi in iudicem, quanto minus in causa matris filios designati iudices: amor enim filiorum in matrem studiumque beneuolentia ab omni matrem absoluet supplicio, liberatque iudicabit. Ita nihilominus Deus iuram in matrem causam iustificauit: at, ut illam propria commiserit filijs discutendam eodemque ad sententiae prolocutionem iudices sedere voluerit. Nunc autem hodie Christi iustificationem ostendit Euangelista, qui litem Principibus sacerdotum, illique populo intendens ingratisimo, illis ipsis omnem fidit processum finiendum, iudicetque in propria causa vult esse definitores.

Duo Christus voluit autem sumi ex hac vita dilectum verificari & summo iustitiae iudice definiti. Primum: Quod ille ipse qui eandem Christianus inuenerat, innocens esset, vitae purus, ante mortem & ab omni seculo absolutus. Secundum: quod rem non quicum neci adiudicarent, tam enormis esse: licet criminis rei, ut tale a mundi creatione nunquam constaret fuisse perpetratum. Veriusque appropinquat verò praeclearissimum voluit institui processum, secundum

corique

Rupert.  
In c. 2.  
Osee.  
I.  
Deus filij naris causam tradidit iudicandam.  
Osee c. 2. 1